Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 445

Quelle:
Copyright:

Poſtea: *Incipit prefacio Sancti Jeronimi presbiteri ad cbromatium de expoſitione origenis in ibeſu Naue.* Pro *Hieronymo* reſcribe ejus *ἀντιγωνιστην Rufinum;* is enim interpres eſt. Textus harum Homiliarum collatus cum Edit. *cit.* a *col.* 396. minus correctus eſt. Praeterea *fol.* 88. p. 2. *Homil.* IV. rurſum membrana nobis deperiit a verbis: *deſcendit de cęlo et dat huic* — usque ad verba *Homil.* V. *ſalutarem et ſuſcipientibus ſacramenta uerbi dei* &c.

CCLX.

U. 82 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 47. 4. bene exaratus et rubricis diſtinctus, olimque a *Joh. Fabro* Ep. *Vien.* donatus Collegio ſuo ad *D. Nicolaum*, ut typis expreſſa Nota anni 1540. praemonet, orditur ab hoc Titulo: *Incipit Liber origenis de ſingularitate clericorum.* Initium eſt: *Emiſeram quidem vobis ante tempus epiſtolam filii kariſſimi* &c. et finis: *Hec agite. et deus pacis et dilectionis erit uobiſcum. Amen.* Dixi de hoc alias ad *Cyprianum*, alias ad *Auguſtinum* relato Opuſculo *Vol.* I. P. 1. *col.* 827. Adhaeret illi in Exemplo praeſenti *Origenis* Locus in *Geneſin: Nemo qui eger eſt animo et languidus in operibus — Opera namque ſunt que commendant hoſtiam deo.*

II. *fol.* 18. *Incipit liber S. Hylarii ad conſtantium imperatorem tunc hereticum.* Sic: *Tempus eſt loquendi. Quia iam tempus preteriit tacendi* &c. Adeſt *Additamentum* ſumtum de L. II. *de Trinitate*, ut in Exemplis adlatis *Vol.* I. P. 1. *col.* 634. et *ſeqq.* In Edit. *Maur. Pariſ.* 1693. habetur *col.* 1237.

III. *fol.* 24. *Ex epiſtola ſ. Hilarii transmiſſa ad conſtantium.* Non eſt Excerptum, ſed integer Libellus, unde Librarius fortaſſe ſcribere debebat: *Exemplar Epiſtolae.* Incipit: *Benignifica Natura Tua Domine Beatiſſime* &c. et finit: *de ſe loquitur ipſa ſententia.* Ut *Vol. ſuprac.* et Edit. *col.* 1217.

IV. *fol.* 25. p. 2. *ἀνεπιγραφως* Ejusdem Libellus II. ad eundem. Incipit: *Non ſum neſcius Piiſſime imperator quę de nonnullis* &c. et finit: *ab ea iuxta iſta non diſſonans.* ut *Vol. ſuprac.* et Edit. *col.* 1225. Inſcriptio miniata: *Liber II. Eiusdem Ad Eundem Quem In Conſtantinopolim ipſe tradidit*, in Codice primum *fol.* 28. ſubpleta eſt. Subjuncti ſunt his VII. Loci *Hilarii* promti ex ejus LL. *contra Auxentium, de Trinitate*, et *de Synodis.*

V. *fol.* 29. Excerpta numeroſa ex Operibus S. *Ambroſii*, videlicet *de Spiritu ſ. Incarnatione, Fide, de Joſeph, Bono Mortis, Apologia David, de Patriarchis, de Exequiis Fratris, de Paradiſo, in Lucam.* Exemplar ſatis caſtigatum nactus erat ignotus Deflorator.

Fol. 47. Verſiculi quidam, quorum en Specimina. *De Cruce:*

Quat-